



**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1620

De nono, quod est in rebus etiam paruis benignè exaudire, nu. 40.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](#)

298 *Deipara quibus aff. & dibus*
Litanij sedata est, quemadmodum cap.
35. diximus.

De nono beneficiorum genere,
quod est in rebus etiam paruis
benigne exaudire.

I. 40 *S*anctus Bonifacius Ferentinæ ci-
S. Bonifa- uitatis Episcopus, cum duodecim
cio Fereti aureos sui nepotis, eo inscio in eleemo-
na ciuita synam pauperibus erogasset, eosq; post-
ris Episco- ea nepos sibi restitui importunè flagita-
po duode- ret; B. Virginis Ecclesiam ingressus, ele-
cim nūmos uatis manibus, extenso vestimento ora-
aureos.e uit, vt ei redderet, vnde furentis nepotis
leemosyna insaniam mitigaretur; tunc repente in ve-
nomine ro fte inuenit duodecim aureos, perinde sul-
gatos B. gētes, quasi ex igne producti eadem ho-
Virgo susp- ra fuissent. hæc ex Gregorio lib. 1. dialogi
pediat. cap. 9.

D. Greg. Puella quoque septennis Psalterij li-
II. bellum, (qui ante artis impressoriæ in-
Psalter. ü uentionem caro emebatur, à Deipara e-
petentir nixè petens, legendi peritiam cum Psal-
puella à terio est consecuta. Rem gestam Tho-
Deipara mas Cantipratensis libro 1. apum, ca. 23.
donatur. part. 2. & 3. in hunc modum narrat. Filia
Cantipra- fuit viri pauperrimi, & cùm puella non-
tensis. dum septennis miro interius feruore spi-
ritus

ritus traheretur, rogauit patrem cum lacrymis, ut sibi Psalterium compararet. cui pater: Vnde, inquit, filia Psalterium comparabo, qui vix tibi quotidie panem lucrari sufficio? Mox illa conuessa suppliciter ad matrem Christi orauit, & dixit: O beata Maria mater Christi, da mihi Psalterium, quod pater dare non potest, & ero perpetuo ancilla tua. In hac igitur simplicitatis prece perseverauit illa per annum, & ecce in somnis apparuit ei beata Virgo Maria ferens, ut ei videbatur, in manu duo Psalteria, & dicens ei: Accipe nunc filia mea ex duabus quocumque elegaris. Nec mora, ubi cum maximo tripudio elegit unum, disparente beata Virgine, puella de somnis euigilans, nihil invenit in manibus suis, & illasam se conquerens a matre Christi, flere coepit uberrime. Quod ut audiuuit pater irrisit filiae, & contolans eam: Vade, inquit, tantum diebus Dominicis, & festiuis ad magistrum, quae filias diuinum Psalterium docet, & primò discas legere, & postea beata Maria tibi Psalterium forsitan procurabit. Mirares, quod ubi puella simpliciter accepit, & ad magistrum, quae diuitum filias docebat, venit; Psalterium inspexit, & legit: & sic B. Maria multo miraculosius promis-

260 Deipara quibus afflictibus
promissum suæ dignationis impleuit.
Quod ut viderunt honestæ , & diuites
matronæ parochiæ , emerunt puellæ Psal-
terium , & subsequenti tempore cùm eam
in Christi seruitio alacram cernerent , &
deuotam ; eidem iuxta Ecclesiam cellu-
lam pro reclusorio locauerunt , in quo,
ut idem auctor testatur , (qui eam fami-
liariter nouit ,) inclusa manebat , & lo-
rica ferrea ad carnem induta , aspern-
mam vitam ducens , orationibus vaca-
bat . sic ille .

De decimo beneficiorum genere,
quod est ingenio rudibus scien-
tiam conferre.

I. 4¹ **H**ermannus Contractus sic dictus,
Herman- quod omnibus corporis membris
nus Con- iam inde à iuuentute captus esset , ex Co-
tractus mite de Weringen nobili genere in Sue-
scientiarū via ortus , Cœnobita Ordinis sancti Be-
peritiam à nedicti , circa annum Domini 1060. cla-
Virgine cō ruit . ei cùm , teste Trithemio lib. 2. de vi-
sequitur. ris illustribus Ordinis sancti Benedicti ,
Trithem. cap. 84. Dei Genitricem pro valerudine
consequenda enixius precaretur ; ab ea-
dem per visum optio datur , utrum om-
nium scripturarum scientiam , an bonam

cor-